

Federico II di Svevia

*Arenga 077*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 077*

Luglio 1208

### Cum regalis munificentia maiestatis

Cum regalis munificentia maiestatis diffusa benignius in subiectos sceptri gloriam fama concelebret clariori, ea non inmerito beneficia digna sunt memoratu, ea sunt laudibus gloriosis accincta, que felici commertio pro temporalibus eterna mercantur et auctorem bonorum omnium dantibus constituunt, quod est potius, debitorem. Etenim illud re vera sibi larga manus acquirit, quod consideratione celestium ecclesiis spargere non omittit, et tunc [m]irabili modo debitor reddendo creditor efficitur, cum ex hiis, que á domino sibi collata noscuntur, opus misericorditer peragit pietatis.